



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

Monacellus, Franciscus

Venetii, 1706

Testimonialis status liberi Formula II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

tensum refert Corrad. part. disp. lib. 7. cap. 6. num. 23.

3. Neque servatur instructio cum illis, qui absentes à loco originis, nullibi domicilium fixerunt, sive quia per Italiam manu, & labore viatum querentes modò huc, modò illuc moram traxerunt: sive quia per Galliam, vel Hispaniam vagantes diu abfuerunt. Hi etenim ad Patriam reversi si uxorum ducere velint, & de illorum statu libero, neque fidem Ordinariorum, nec testes afferre valeant; recursus habere solent ad eamdem Sacr. Congreg. Inquisitionis, quæ attenta facti expositione, & morali impossibilitate certam status fidem habendi, preces Ordinariis locorum remittit cum facultate, ut

possint (commixata prius contrahere videntibus poena triremium irremissibiliter infligenda in casu, quo ipsos alibi habere Uxores, vel Viros detegatur præstitoque per eosdem juramento ad Sancta Dei Evangelia se esse liberos ad contrahendum) ad celebrationem matrimonii venire, ut non semel mihi accidit tempore, quo munere Vicarius fungebat.

4. Verum est tamen, quod non semper Sac. Congr. S. Officii pro hujusmodi vagantibus talē facultatem concedit, sed arbitrario regulato à qualitate personæ, diuturnitate vagationis, & aliis facti circumstantiis, vel indulget, vel denegat, vel rescribit, quod probent statum liberum eo modo, quo meliori potest probari.

Alia pro absente.

F O R M U L A II.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

Universis, & singulis, ad quos praesentes nostræ pervenerint, fidem facimus, & attestamur N. de mense (vel anno . . .) discessisse, & se absentasse ab hac Civitate (vel Diœcesi) in statu libero ad contrahendum matrimonium, & antè dictum ejus discessum numquam habuisse prout ex depositionibus testium coram Nobis (vel Vicario nostro Generali) medio eorum juramento ad prescriptam formam instructionis Sacr. Congr. Inquisitionis de Urbe examinatorum plenè constat. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus (seu Vicarius Generalis N.)

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Alia pro extero.

F O R M U L A III.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

Universis, & singulis, ad quos praesentes nostræ pervenerint, fidem facimus, & attestamur N. . . . à . . . in . . . commorantem, per dictum temporis spatium numquam duxisse . . . sed permanisse, & permanere in statu libero ad contrahendum matrimonium, prout ex depositionibus testium coram